DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Weihebrief

Pfarrarchiv Ladis

22.08.1648

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7658.A9

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-66267

Visual Library

IESSE PERCHOFER Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ, Epiſcopus Belinenſis, & Suffraganeus Brixinenſis &c. Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, ſalutem in Dño ſempiternam. Recognoſcimus per præſentes, quòd anno à Natiuitate Domini noſtri IESV Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo *Quadragesimo octauo* Die verò *uigesimâ secundâ* Menſis *Augusti* in *Ecclia Filiali in Ladis Curæ Fiss, Paroch: Seruaus* Brixinenſis Diœceſis Altare *ex Cornu Epistolæ* in honorem ſanctorum *Sebastiani Martiris et Oswaldi Regis* conſecrauimus & dedicauimus, & in eo Reliquias ſanctorum *Sixti Martiris Mauritij Martiris et Sociorum eius, Nec non Sanctæ Vrsulæ Virg: et Mart: et eius Sociarum*

incluſimus, recondidimus, & ſepeliuimus, cupientes vt dictum Altare debitis colatur honoribus, ac à Chriſtiano populo iugiter & deuotè frequentetur. Omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui in anniuerſaria die dedicationis huiuſmodi deuotionis causâ, idem Altare viſitauerint, ac in ea pro exaltatione S. Matris Eccleſiæ, hæreſum extirpatione, alijsq; tam publicis, quàm priuatis proprijs, ſeu proximi neceſſitatibus, vel prout deuotio ijs ſuggeſſerit, preces ad Deum piè effuderint, de omnipotentis Dei miſericordia, Beatorumq; Petri & Pauli Apoſtolorum confiſi ſuffragijs, quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta miſericorditer in Dño conceſſimus, & relaxauimus; prout harum Teſtimonio litterarum, manus noſtræ ſubſcriptione & Sigilli noſtri Pontificalis appenſione munitarum concedimus & relaxamus. Datæ Brixinæ in ædibus Reſidentiæ noſtræ, Die *decimâ mensis Septembris anno quo supra*

Iesse Epus ut huru

IESSE PERCHOFER Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ, Epiſcopus Belinenſis, & Suffraganeus Brixinenſis &c. Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, ſalutem in Dño ſempiternam. Recognoſcimus per præſentes, quòd anno à Natiuitate Domini noſtri IESV Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo Quadragesimo octavo Die verò vigesimâ secundâ Menſis Augusti in Ecclia Filiali in Ladis Curat: Fiss, Paroch: Seruaus Brixinenſis Diœceſis Altare ex Cornu Epistolæ inhonorem ſanctorum Sebastiani Martiris et Oswaldi Regis conſecrauimus & dedicauimus, & in eo Reliquias ſanctorum Sixti Martiris Mauritij Martiris et Sociorum eius, Nec non Sanctæ Vrsulæ Virg: et Mart: et eius Sociarum

incluſimus, recondidimus, & ſepeliuimus, cupientes vt dictum Altare debitis colatur *honoribus*, ac à Chriſtiano populo iugiter & deuotè frequentetur. Omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui in anniuerſaria die dedicationis huiuſmodi deuotionis causâ, idem Altare viſitauerint, ac in ea pro exaltatione S. Matris Eccleſiæ, hæreſum extirpatione, alijſq; tam publicis, quàm priuatis proprijs, ſeu proximi neceſſitatibus, vel prout deuotio ijs ſuggeſſerit, preces ad Deum piè effuderint, de omnipotentis Dei miſericordia, Beatorumq; Petri & Pauli Apoſtolorum confiſi ſuffragijs, quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta miſericorditer in Dño conceſſimus, & relaxauimus; prout harum Teſtimonio litterarum, manus noſtræ ſubſcriptione & Sigilli noſtri Pontificalis appenſione munitarum concedimus & relaxamus. Datæ Brixinæ in ædibus Reſidentiæ noſtræ, Die decimâ mensis Septembris anno quo suprà

Iesse Epus ut supra

Consecratu altare
ex [illegible] Ecclesie
die 22. Augusti 1640.
a Revmo D.D. Epo Belinensi et Suffra-
ganeo Brixinensi Jesse Perchofer